AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 91v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fuit. et introuit cū ihu in atriū pontificis. petrus autē stabat ad ostium
foras. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici. et dixit hostiarie. et in
troduxit petrū. Dixit ergo petro ancilla hostiaria. Nūqd et tu ex discipulis es
hominis isti? Dixit ille. Non sū. Steterunt autem seruī et ministri ad
prunas. quia frigus erat. et calefiebant. Non hiems erat.
sed tamen frigus erat. quale solet etiam in noctibus uerno aliquando
contingere. Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex
ergo interrogauit ihm de discipulis eius. et de doctrina eius. Respondit
ei ihc. Ego enim palam locutus sum mundo. ego semper docui in syna
goga. et in templo quo omnes iudei conueniunt. et in occulto locutus sum
nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt. quid locutus sum ipsis.
Ecce hi sciunt quid dixerim ego. Non pretereunda nascitur questio. quam dix
erit dns. ego palam locutus sum mundo. et maxime illud quod ait in oc
culto locutus sum nichil. Nonne in hoc ipso recentiore sermone
quem post cenam discipulis et locutus? ait illis. hec in prouerbiis locutus sum
uobis. ueniet hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis. sed palam de patre